Office
[illegible]
[illegible]

- 39

senza comune; stante questo, soggiongo, e dico, ciascheduna natura creata è comunicabile à più suppositi, adunq; conuenientemente la natura Diuina è comune à più persone, e perche la Diuina natura è indiuisibile poiche non possono essere più Dei, *Audi Israel Deus tuus vnus est*, adunque può essere (com'è) in Dio la natura Essenza non diuisa, ne multiplicata, comune à tre persone, oltreche quella entità è perfetta, ne semplicemente, che ritrouandosi in alcun ente constituesse quello in grado d'eccelenza d'entità, che pria senza di quella non hauea, come per essempio la sapienza, e la giustitia sono perfettioni simplicissime parlãdo, le quali ritrouandosi in Socrate il rẽdono più nobile di q̃llo che senza di esse pria non era, e più perfetto, che no'l fanno i piedi al caminare, posciache non sono perfettioni simplicissime, ne si trouano in ogni ente; l'Angelo benche non habbia piedi non però si dice imperfetto, adunq; l'hauere piedi per caminare non è perfettione simpliciter, per la cui ragione le Diuine relationi non sono semplici perfettioni benche il figliuolo non habbia la paternità, nè per questo è imperfetto

J. III. 39.

OFFICIA PROPRIA SANCTORUM
Recitanda à Monachis Eremitis, ac Monialibus
ORDINIS CAMALDULENSIS,
Juxta ritum Breviarii Monastici disposita.

DIE VII. FEBRUARII.

In festo Translationis Corporis SS. P. N. Romualdi Abbatis. Duplex 1. Classis. Ad Vesperas Antiphona Inventa solitudine. *cum reliquis de Laudibus.*

Psalm. Dixit Dominus. *cũ relig. de Dominica.*

Capitulum, Eccli. 45.

Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est: similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit cum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit.

℟. br. Os justi, Meditabitur sapientiam. Os justi.

℣. Et lingua ejus loquetur judicium. Meditabitur.

Gloria Patri. Os justi.

HYMNUS.

Festa dilecti tibi Romualdi,
Lux adest cultrix soboles eremi:
Funde jucundum melos, & canoras.
Funde loquelas.
Stirpe praeclara satus hic recenti
Laude, quae priscam decorat Ravennam;
Incolas inter decus est adeptus
Majus olympi.
Dum puer silvis cupidus vagatur,

Hic

Hic, ait, Christi famulus relictis
Sæculi curis, Superum Parenti
Serviet aptè.
Sic Dei multo celebranda cultu
Præcinit mirus fera lustra Vates.
Sic piæ gliscunt tenero latentes
Pectore flammæ
Ecce cognatum stimulatus irâ
Sergius fundit genitor cruorem:
At pius natus fugit, & paternas
Deserit ædes.
Martyr & primus patriæ sacerdos
Hic bis antiquo è tumulo resurgens,
Visus est illi pia ferre tẽpli.
Thura per aras.
Claustra, quo aspectu attonitus, se in arcta
Conjicit, sævas maris hinc per undas
Vectus, æternæ Duce sub Marino
Militat aulæ.
Sit Patri summo decus & potestas,
Sint tibi laudes, hominum Redemptor,
Et tibi consors utriusque lucis
Spiritus alme.
Amen.

℣. Ora pro nobis beate Pater Romualde.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Chare Jesu, benigne Jesu, mel meum dulce, desiderium ineffabile, dulcedo Sanctorum, svavitas Angelorum: æstuans inenarrabili divini amoris ardore clamabat.

Oratio.

FAmiliam tuam quæsumus Domine, beati Romualdi patrocinio confidentem propitius respice: ut quem Magistrũ vitæ sibi delegit in terris, eundem apud Majestatem tuam intercessorem habere mereatur in cœlis. Per Dominum.

Ad Laudes, per Horas, Antiphona.

Inventa

INventa solitudine Romualdus adolescens dicebat intra se, O quam bene poterant Eremitæ in his nemorum recessibus habitare. *Psalm* Dominus regnavit, *cum reliq.*

Ant. Ubicumque per silvas amœnum locū reperire poterat, mox se ad Eremi desiderium ejus animus accendebat.

Ant. Mens itaque ejus cœlitus inspirata jam divinabatur in amore, quod impleturus erat post modum opere.

Ant. Vere Angelus Dei, vere propheta sanctus, & lux magna occulta mundo in finibus nostris apparuit.

Ant. Gratias agimus tibi omnipotens Deus, qui regionem nostram splendore tanti sideris illustrare dignatus es.

Capitulum Dilectus Deo *ut supra, in primis Vesperis*

℟. *breve*, Amavit eum Dominus, Et ornavit cū Amavit eum. ℣. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit eum. Gloria Patri. Amavit eum.

H Y M N U S.

LUcis aspectus dubiè refulgens
Incipit noctis tenebras fugare,
Lucidas celsi Pater almus ædes
Intrat olympi.
Ante bis denos obitum, diemque
Prævidens annos, referat locumque
Et sacro tempus satagit supremum
Claudere fine.
Lustra his vitæ duodena mensus,
Et Deo centum famulatus annos,
Claustra tres inter, reliquoique vastas.
Inter eremos.
Plenus in cœlum properat dierum.
Spiritum cujus nive puriorem,
Ante conspectum Superum Parentis
Angelus effert.
Omnium gaudet procerum coronis,

Angeli pura specie refulget,
Et Prophetarum fruitur per alta
Regna docere,
Martyrum palmas rapit absque ferro.
Utque confessor rutilat, catervis
Virginum septus, nivei pudoris.
Præmia sumit.
Dive, quos liquit, tua magna virtus.
Da sequi nobis monitus, tuisque
Gressibus nostras vigili labore
Jungere plantas.
Gloriam Patri tribuamus omnes,
Gloriam Christo, memores salutis,
Gloriam sancto tibi Concinamus,
Ignis amoris. Amen.
℣. Ora pro nobis beate Pater Romualde.
℞. Ut digni efficiamur promissionibusChristi.
Ad Benedictus Antiphona. Defosso post quinquennii tumulo sancti viri, corpus sanū illibatum que reperiunt, velut tunc fuerat, cùm sepulturæ illud primitus tradiderunt.
Ad Tertiam. Ana. Ubicumque. *Capitulum.* Dilectus Deo. *ut supra.*
℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum ℞. Stolam gloriæ induit eū.

Ad sextam. Antiphona.

Mens itaque ejus.

Capitulum. Eccl, 45.

GLorificavit eum in conspectu Regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.
℣. Os justi meditabitur sapientiam: ℞. Et lingua ejus loquetur judiciū.
Ad Nonam Ana. Gratias agimuus. *Capit. Ezeb. 45.*
IN fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eū ex omni carne
℣. Lex Dei ejus in corde ipsius. ℞. Et non supplantabuntur gressus ejus.
Ad Vesperas omnia ut in primis Vesperis.
Ad Magnificat. Ana. Inter vivos

vivos cœlestis Jerusalē lapides ineffabiliter rutilat, cum ignitis beatorum spirituum turmis exultat, candidissima stola immortalitatis indutus ab ipso Rege regum vibrante in perpetuum diademate coronatur.

Deinde fit comm, S. Joannis de Matha ut in diurno.

DIE VIII. FEBRUARII.

Secunda die infra Octav. SS. P. N. Romualdi.

Fit d S. Joanne de Matha Confessore Duplex, ut in Diurno, cum comm. Oct. S. P. N. in Laudibus pro commemor. Oct. S. Patris nostri Aña.

Defosso post quinquennium.

℣. Ora pro nobis. *Oratio.* Familiam tuam. *Ut supra*

In II Vesper: à Capitulo fit de S. Raynaldo Episc. & Conf. cum comm. S. Joannis de Matha Octav. S. P. N Aña. Inter vivos ℣. Ora pro nobis.

Oratio ut supra.

Et S. Apolloniæ, Antiphona. Veni sponsa Christi. ℣. Specie tua. *Oratio.* Deus, qui inter cetera. *ut in Diurno.*

DIE IX. FEBRUARII.

Tertia die infra Octav. SS. P. N. Romualdi.

Fit de S. Raynaldo Episcopo & Confess. Duplex.

Omnia de Communi: Confessoris Pontificis.

In Hymno. Iste Confessor. *mutatur tertius Versus,* Oratio. Da quæsumus.

In Laudibus fit commem. Octav. S. P. N. Aña. Defosso post quinquennium. ℣. Ora pro nobis. *Oratio* Familiam tuam.. *ut suprà; nec non S. Apolloniæ Virg. & Mart. Aña.* Simile est regnum cœlorum. ℣. Diffusa est gratia.

Oratio. Deus, qui inter cætera.

Vesperæ de sequenti commem. S. Raynaldi tantùm.

DIE XIII. FEBRUARII.

In festo S. Petri Damiani Ep. sc. & Conf. Dupl. Oratio

DEus totius sanctitatis & sapientiæ fons & origo, fac nos, quæsumus, beati Petri Damiani Confessoris tui atque Pontificis exemplis doctrinisque proficere;

ejusque meritis & intercessione concede; ut contemptis mundanis honoris illecebris, tibi soli vacare possimus. Per Dominum &c.

Vesperæ de Cathedra S. Petri, cum commem. S. Pauli, & S. Petri Damiani, Aña. Sacerdos & Pontifex.

℣. Amavit eum.

Oratio. Da, quæsumus. *de Comuni Confess: Pontificis.*

DIE XII. JUNII.

In Festo S. Parisii Confess. Duplex.

Vesp. de S. Barnaba Apostolo cum commem. S. Parisii, Antiph. Similabo eum.

℣. Amavit eum. *de Communi Confess. non Pontif.*

Oratio.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, & intercedente Beato Parisio Confessore tuo continentiæ salutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Posteà SS. Martyr. Basilidis & sociorum, Aña. Istorum est enim. ℣. Lætamini.

Oratio. Sanctorum tuorū. *ut in Diurno die xii. Junii.*

In Laudibus fit commem: eorumdem SS. Basildis.

Aña. Vestri capilli. ℣. Exultabunt.

Oratio ut supra.

DIE XIX. JUNII.

In festo SS. P. N. Romuald. Abbatis. Dupl. i. Classi.

Omnia ut suprà in ejus Translatione, die vii. Februarii, sine commem: SS. Martyrum. Gervasii & Protasii, in Veris neque in Laudibus.

In ii. Vesp. fit commem. S. Bonifacii Episc. & Martyr, Antiph. Iste Sanctus.

℣. Gloria & honore.

Oratio. Deus, qui nos beati Bonifacii. *ut in Communi unius Martyris; & non fit commem. S. Silverii Papæ & Martyr. hoc loco tantùm.*

DIE XX. JUNII.

In festo S. Bonifacii Episc. & martyr. Dupl. ii. Class.

Omnia de Communi unius Martyr.

Oratio ut supra.

In Laudibus fit commem. S. Silverii, Aña. Iste sanctus. ℣. Gloria & honore.

Oratio i. Infirmitatem. *de Communi unius Mart.*

DIE III. JULII.

In festo S. Teobaldi Conf.
Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis

In Hymno. Iste Confessor. *dicatur:* Hac die lætus meruit supremos. Laudis honores.

Oratio.

DEUS, qui Beatum Theobaldum Confessorem tuum terrena quæque solitariæ, & pœnitenti vitæ postponere, tibique soli adhærere docuisti: concede propitius ut ejus intercessione, & exemplo, a mundi confusione segregati dignos pænitentiæ fructus faciamus per Dominũ nostrum &c. *Oratio. commemorat. Octav. Apostolorum Petri & Pauli, ut in Diurno.*

DIE VII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Joannis de Laude Episcopi & Confess.
Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis secundo loco. Oratio. Exaudi quæsumus. *de eodem Communi. Vesperæ de Nativitate B. V. M. commem. S. Ioannis.*

DIE XVII. OCTOBRIS.

In festo S. Dominici Loricati Confessoris Duplex.

In imis Vesperis fit a Capitul. cum commem. S. Galli Abbatis.

In Hymno: Iste Confessor. *dicatur:* Hac die lætus meruit supremos. Laudis honores.

Oratio. Adesto. *ut in Communi cum reliq.*

Vesperæ de S. Luca, cum commem. S. Dominici.

DIE XV. NOVEMBRIS.

In festo SS. Martyr. Matthæi Isaac. & Christini
Duplex.

Oratio. Deus, qui nos concedis. *de Communi plurim. Martyrum.*

Vesperæ de sequenti, cum commem. præcedentis. Aña. Gaudent in cœlis. ℣. Exultabunt Sancti ℟. Lætabuntur. *Oratio ut supra.*



OFFICIA PROPRIA

Sanctorum Regni Poloniæ.

DIE VI. FEBRUARII.
Sanctæ Dorotheæ Virginis & Matyris. Duplex.
ORATIO

INdulgentiam nobis, quæsumus Domine, B. Dorothea Virgo & Martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit & meritò castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum nostrum.

DIE XI FEBRUARII.
In Festo Septem B. B. Fundat. Ordinis, Serv. B. M. V. Duplex.
Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui in jugem memoriam dolorum sanctissimæ tuæ Genitricis per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti, concede nobis famulis tuis; in hac lacrymarum valle degentibus ita ejusdem mæstissimæ Matris Socios esse passionum in terris, ut perpetuæ consolationis consortes fieri mereamur in cælis. Qui vivis &c.

DIE I. MARTII.
In Gnesnensi Diæcesi S. Albini Confess. &c. Pontif. Duplex.
ORATIO.

VOtiva, quæsumus, Domine, nos Beati Albini Confessoris tui atq; Pontificis, natalitia restaurent, & ad omne bonum tua gratia faciant propentiores. Per Dominum nostrum.

DIE II. MARTII.
In Festo S. HELENÆ Imperatricis Duplex. Omnia de Communi nec Virginum, nec, Marti præter sequent.
ORATIO.

DOmine Jesu Christe

Qui

Qui locum ubi Crux tua latebat, Beatæ Helenæ revelasti: ut per eam Ecclesiam tuam hoc pretioso thesauro ditares; ejus nobis intercessione concede, ut vitalis ligni pretio æternæ vitæ præmia consequamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. *In Quadragesima fit Commem: Feriæ Lectiones in primo Nocturno, de Scriptura occurrente.* In Quadragesima autem legitur de Parabolis Salomonis: Mulierem fortem: &c, de eodem Communi.

DIE V. MARTII.

Translatio S. Venceslai Martyris. Duplex. Cum commem: feriæ. Omnia de communi unius Martyris, præter hæc, quæ assignantur.

ORATIO.

DEus, qui Beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem, & eum per martyrii palmam ad cœlestem per duxisti gloriam, ejus precibus nos quæsumus, ab omni adversitate libera, & æternæ beatudinisconde perfrui gloria. Per Dominum.

DIE X. MARTII

In Diœcesi Gnesnensi SS. Cyrilli & Methodii, Pontificis & Confessoris semiduplex.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos per Beatos Pontifices & Confessores tuos nostrosq Patronos, Cyrillum & Methodum ad unitatem? fidei Christianæ vocare dignatus es: præsta quæsumus; ut, qui in præsenti eorum festivitate lætamur, in ipsorum etiam meritis gloriam consequi mereamur æternam. Per Dominum nostrum.

DIE XVII. MARTII.

In Diœcesi Gnesnensi Sanctæ Gertrudis Virginis semiduplex.

ORATIO.

INdulgentiam tuam nobis, quæsumus Domine, beata Gertrudis imploret. quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione

one virtutis. Per Dominum nostrum.

In Festo Sanctissimi sepulchri HIEROSOLYMITANI *Dominica secunda post Pascha.*

Ad VESPERAS.

Antiph. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate Scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est, Alleluja *Psalm* Dixit; Dominus *cum reliquis de Dominica, ut in Psalterio. Ant,* Introibimus in Tabernaculum ejus, adorabimus in loco: ubi steterunt pedes ejus. Alleluja. *Psalm.* Confitebor. *Ant.* Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Alleluja *Psalm.* Beatus vir.

Ant. Ne appropies huc, solve calceamenta de pedibus tu s, locus enim in quo stas, terra sancta est. Alleluja *Psalm.* Laudate pueri Dominum.

Capitulum.

CUm consummasent omnia. quæ de Ipso scripta erant; deponentes eum de ligno. posuerunt eum in monumento. ℟. Deo gratias. ℟. *br.* O quam metuendus est locus iste! Alleluja. O quam ℣. Vere non est hic aliud, nisi Domus Dei & Porta Cæli, Alleluja. Gloria Patri. O quam.

HYMNUS.

SAcri Sepulchri gloriā,
Christi triumphis inclytam,
Dulci repleti gaudio
Lætis canamus vocibus!
Hujus vetustis seculis,
Dedit cisterna symbolū.
Quo missus olim carcerem
Joseph habebat innocens.
Hoc, que fidelis fortiū
Ambit caterva militum,
A Rege docto conditus
Expressit olim lectulus.
Hoc & tuo Daniel lacus,
Et quæ sopore languidū
Jonam ratis portaverat.
Hoc in figura nuntiat.
O Petra gemmis carior,
Thesaure cunctis ditior,
Qualem nec aula Principum,

Nec

Nec gaza claudit divitũ.
Nã tu nec auri munera
Nec Principum fluxas opes;
Sed illud immensum sacri
Pretium tulisti Corporis.
At Christe ditas, qui tuũ
Caro Sepulchrum Sanguine,
Tuos (rogamus) servulos,
Donis tuis fac divites.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio qui à mortuis,
Surrexit ac Paracleto
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Tuum Sepulchrum adoramus Domine Alleluja.

℟. Et recolimus tuam gloriosam Resurrectionem. Alleluja.

Ad Magnificat.

Ana. Deponentes Dominum de Cruce, posuerunt eum in Monumento, quod erat excisum in quo nondum quisquã positus fuerat. Alleluja.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui pro nobis mortẽ subire, & in Sepulchro, depositus, tertia die resurgere voluisti, concede famulis tuis; ut qui Sepulchri tui memoriam recolimus, resurrectionis quoque gloriæ participes esse mereamur,. Qui vivis, & regnas &c.

Et fit commemoratio Dominicæ.

Ad Laudes & per Horas.

Ant: Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus in atriis domus Domini in medio tui Hierusalem. Alleluja.

Psal: Dominus regnavit. *cum reliquis de Dominica.*

Ana. Ingredieris in abundantia Sepulchrum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo. Allelujá

Ana. Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer, cum invenerint Sepulchrum. Alleluja.

Ana. Tollite hostias, & introite in atria ejus adorare

rate Dominum in atrio Sancto ejus Alleluja.

Ana. In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo, Alleluja.

Capitulum, *ut in primis Vesperis.*

℟. *br.* Tuum Sepulchrū adoramus Domine.* Alleluja. Tuum Sepulchrū.

℣. Et recolimus tuā gloriosam Resurrectionem. Alleluja. Gloria. Tuum Sepulchrum.

Hymnus.

AUdite tristes inferi.
Turbæ frementes hostium,
Vestræ ruinæ nuntium,
Sacri Sepulchri gloriam,
En jam futuri conscius
Jllam Prophæta præcinit
Et gloriosum posteris
Narrat Sepulchrum sæculis.
Hic ille: Rex fortissimus
Fractis averni viribus,
Et mortis excusso Jugo
Primū trophæa suscitat.
Candore tectus vestiū.
Novoque lucis fulgore,
Delapsus astris nuntius
Hic excubavit Angelus.
Jam temperandum lacrymis,
Sacris datum suspiriis,
Gravi dolore sauciæ
Hic audierunt fæmina.
Et vos Magistri funere,
Plane simul commortui.
Vestro dolori gaudium
Tulistis hic Apostoli.
Tu vero Christe maxima
Tui Sepulchri gloria
Mortem resurgens vinceras
Nos morte culpæ libera
Deo Patri sit gloria
Et Filio qui à mortuis
Surrexit & Paraclito,
In sempiterna Sæcula
Amen.

℣. Dum esset Rex in accubitu suo. Alleluja.

℟. Nardus mea dedit odorem suavitatis. Alleluja.

Ad Benedictus.

Aña. Abeuntes Judæi munierunt Sepulchrum, advolventes lapidem ad ostium Monumenti, & signantes cum custodibus,

Oratio

Oratio ut in primis Vesperis

Ad TERTIAM

Ana. Ingredieris. *Capitulum ut in primis Vesperis.*

℣. Tuum Sepulchrum adoramus Domine. Alleluja.

℟. Et recolimus, tuam gloriosam Resurrectionem. Alleluja.

Ad SEXTAM.

Ana. Qui expectant. *Capitulum* Et accepto Corpore Joseph, involvit illud in Syndone munda, & posuit in Monumento suo novo, quod exciderat in petra.

℣. Vere locus iste, Sanctus est. Alleluja.

℟. Et ego nesciebam. Alleluja.

Oratio ut in primis Vesperis.

Ad NONAM.

Ana. In Sole posuit. *Capitulum.* Una Sabbati val de diluculo, venerunt Mulieres ad Monumentum, portantes, quæ paraverunt, aromata, & invenerunt lapidem revolutum à Monumento:

℣. Te decet hymnus. Deus in Sion. Alleluja.

℟. Et tibi reddetur votum in Jerusalem. Alleluja.

In II. VESPERIS.

Omnia ut in primis præter sequentia. Loco ultimi Psalmi dicitur.

Super flumina Babilonis

℟. *br.* Lapidem, quem reprobaverunt * Aleluja Alleluja. Lapidem.

℣. Hic factus est in caput Anguli Alleluja. Gloria Patri. Lapidem.

℟. Ipsum gentes deprecabuntur Alleluja.

℟. Et erit Sepulchrum Ejus gloriosum Alleluja.

Ad MAGNIFICAT.

Ana. Introeuntes in Monumentum viderunt Juvenem sedentem à dextris, coopertum stolâ candidâ, & obstuperunt, Alleluja.

Oratio.

Domine Jesu Christe, *ut in primis Vesperis. Et fit commemoratio Dominicæ per Antiph: Versum & Orationem.*

DIE

DIE XXIII. APRILIS.
In Festo. S. Adalberti Episc: & M. P. R. P.

HYMNI

In utriusq: Vesperis.

O Martyr Invictissime!
Plùs fortibus Fortissime,
Quis glorioso canticô,
Nomen tuũ sut concinat.
Afflatus Almo Numine,
Oras adis Pannoniæ.
Ibique Regem Dogmate,
Prolemq; firmas Chrismate.
Urbes Poloniæ petis.
Vere salutis Nuntius,
Pastor Bonus Christi fidem
Verbo Dei doces pridẽ
Tandem Borussis finibus,
Ponis triumpho terminum.
Gentes rebelles inferi
In Te furorem suscitant.
Stant Veritatis invidi
Dum sacra ad Aram perficis,
Fodire Corpus lanceâ,
Man9 feroces non pavent
Hinc semivivi corporis,
In frusta membra dissecant,
Caput triumpho gloriæ
Cælis in hasta sublevant.
O Victor ergo Nobilis
Dum Te colentes psallimus,
Tuus triumphalis dies
Imploret Indulgentiam,
E Christianis partibus.
Belli timores excute,
Pacem precamur impetra.
DomumTui sit sangvinis.
Præsta Beata Trinitas
Divina dones Unitas
Nobis Adalberti preces,
Cæli mereri gloriam.

Ad MATUTINUM.

Hymnis canamus Martyrem.
Apostolumq; Præsulem
Bohemiæ, Poloniæ,
Hungariæ, Borussiæ,
Nat9 Comes hic Nobilis
Morbô puer pressus gravi
Votô Parentum fit Deo,
Cælo patens oblatio.
Crescit pius Vir temperans.
Fit Spiritu plenus Dei,
Scriptura Sacra discitur,
Priús domô non mittitur
Adit Cathedrâ Pontifex
Sedens equo, fræno levi.

Sancto futuro Præsuli,
Soli reclamant inferi.
Denos alebat pauperes.
Humi cubabat, langvidus.
Mox excitat somnum lapis,
Nox dormientem non videt.
Justus, pudicus, sobrius
Formam ferens Antistitum
Per signa, per miracula
Exempla tradit omnibus
Christus videtur venditus,
Gregem dolet deperditum
Præcepta contemni videt,
Gentis saluti providet.
Hastis pio dum Præsuli
Necem parant increduli,
Confossus Aris vincitur,
Dum vincit, interficitur.
Auri levi sat pondere
Corpus redemptum venditur,
Gnesnam suis reducitur,
Pastor salutis redditur.
Jesu Redemptor omniū
Dimitte nostra crimina
Da Martyris per præmia
Æterna nobis gaudia.
Amen.

Ad LAUDES.

O Christe robur Martyrum,
Decus Corona, Præmium
Firmans Adalbertus fidem,
Pro teste fudit sangvinē.
Pastor bonus Christi gregis,
Deperditas quærens oves
In innocenti sangvine,
Pro victima vitam dedit
Qui tot labores pertulit,
Ut ad salutis pascua
Oves reducat perditas,
Fideque servet creditas.
Nunc efficacem gratiā
Petat suis fidelibus,
Noscat gregem semper suum,
Quem protegat, pascat, regat.
Præsul Bohemis qui prio
Severus, & meritis fuit,
Nunc mitiùs dat omnibus,
Cœleste desiderium,
Vigiliis, jejuniis,
Carnem subegit spiritu,
Discamus & nos sensuum
In spiritu custodiam:
A vanitate sæculi;

Cor atq; sensus liberet.
Quæramus ut semperDeū
Jesum q; cordis gaudium.
Præsta beata Trinitas.
Divina dones Unitas,
Nobis Adalberti preces,
Cœli mereri gloriam.
Amen.

DIE II. MAJI.

S. ATHANASII Episc: & Conf: *Duplex commemoratio* S. Sigismundi Regis & Martyris.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Sigismundum Regem temporali & æterno diamatre cū desiderata martyrii corona honorare dignatus es tribue quæsumus, ut qui ejus merita veneramur in terris, ipsius intercessione ab omnibus protegamur adversis. Per Dominum nostrum.

DIE IV. MAJI.

In Festo S. Floriani Militis & Martyris Regniq; Poloniæ Patroni Duplex Vesperæ de S. Cruce cum commemoratione S. Floriani.

Antiph. O florem Eden purpureum Beatissimum Florianum, qui sæculi militiam, in vitæ commutans innocentiam, ad martyrii agonem per fidei properans confessionem, pro Christo lætus occubuit, regnumq; supernum obtinuit, Alleluja.

℣. Sancti & justi in Domino gaudete, Alleluja.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem sibi alleluja.

ORATIO.

DEUS qui nos Beati Floriani Martyris tui solemnitate lætificàs; concede propitius, ut cujus gloriosum triumphum veneramur in terris, societatis ejus lætitiam adipisci mereamur in cælis. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes & per Horas Antiph: Sancti tui Domine *& reliqua de communi,* ℟. *br. Capitulum de com.*

HYMNUS.

SÆpè Martyr verberatus,
Uncis carmen laceratus
Deū, dicens: colo Trinū,
Confutavit Aquilinum.
Idem facis Aquiline.
Quod prementes florem spinæ.

Pungis

Pungis, premis sanctum florem,
Reddit pressus flos odorem.
Nunc o Martyr Dei chare!
Fac nos hostes debellare,
Impugnantes fidem Christi,
Quam tenendo, non cessisti.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito.
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Pretiosa in conspectu Domini alleluja.
℟. Mors Sanctorum ejus alleluja.

Ad Benedictus Antiphona.
Dum æternæ diei aurora illuxerit, dum tuba novissima insonuerit, præclare Martyr Floriane, nos digneris adjuvare: ut gratia solis justitiæ, Sanctorum perfruamur splendore, alleluja. *Oratio ut supra.*

In secundis Vesp. Antip. Psalmi Capit: ℟. *br. de communi Mart. temp. Paschali.*

HYMNUS.

GRatuletur Ecclesia,
Nova laudem præconia,
Dei canens cum gratia,
Pro Floriani gloria.
Hic apud urbem Theciã,
Linquens domum familiã
Laureacum accelerat,
Quà sanctos pati noverat.
Mox à commilitonibus
Tantus, verbis, verberibus,
Jam mulcetur, jam frangitur,
Nec à fide reflectitur.
Hinc uncis, fractis scapulis,
Vir insons sinè maculis,
Dum jactatur in flumine,
Tortor privatur lumine.
In petra corpus nobile
Cura servatur aquilæ:
Quod ut mandet terræ, piam
Martyr monet Valeriam.
Dum ad humandum ducitur,
Jumentum siti premitur;
Mire tamen reficitur,
Fons novus quia funditur.
Deo Patri sit gloria.

Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Pretios: &c. *Antiph: ad Magn.* O florem Eden *ut in primis Vesp & Oratio ibidem.*

DIE VIII. MAJI.

In Festo Sancti Stanislai Episcopi & Martyris, Regniq; Poloniæ Patroni.

Duplex.

Extra Poloniam vero septima die Maji. ubi Sancti Michalis Apparitio Octava Maji celebratur.

Ad Vesperas omnia de comm: Mart. temp. Paschali, præter ea quæ hic assignantur.

Capitulum *Hebr*, 5.

OMnis Pontifex ex hominibus Assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.

℟. *br.* Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, * Alleluja. alleluja. Lux.

℣. Et æternitas temporum. Alleluja. alleluja. Gloria Patri. Lux perpetua.

HYMNUS.

GAude Mater Polonia,
Prole fæcunda nobili:
Summi regis magnalia
Laude frequenta vigili.

Cujus benigna gratia,
Stanislai Pontificis
Passionis insignia
Signis fulgent mirificis.

Hic certans pro justitia,
Regis non cedit furiæ:
Stat pro plebis injuria
Christi miles in acie.

Tyranni truculentiam
Qui dum constanter arguit,
Martyrii victoriam
Membratim cæsus meruit.

Novũ paudit miraculũ
Splendor in sancto cælicus:
Redintegrat corpusculũ
Spransum cœlestis medicus.

Sic Stanislaus Pontifex
Transit ad cœli curiam,
Ut apud Deum opifex
Nobis imploret veniam.

Poscentes ejus merita
Salutis

Salutis dona referunt;
Morte præventi subita
Ad vitæ portum redeunt.
Cujus ad tactum annuli,
Morbi fugantur turgidi;
Ad locum sancti tumuli
Multi curantur languidi.
Surdis auditus redditur.
Claudis gressus officium:
Mutorũ lingua solvitur,
Et fugatur dæmonium.
Ergo felix Gracovia,
Sacro dotata corpore,
Deum qui fecit omnia
Benedic omni tempore.
Sit Trinitati gloria,
Laus honor, jubilatio:
De Martyris victoria
Sit nobis exultatio, Amẽ.

℣. Sancti & justi in Domino gaudete, Alleluja.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatẽ sibi. Alleluja

Ad Magnificat Antiphona.

O Beate Stanislae! Præsul plebis Crecoviæ, cujus signa victoriæ, late patent Poloniæ: nam dono Christi gratiæ pestes curantur variæ, Tua, Martyr egregie, festa colentes hodie, Regi commenda gloriæ, alleluja

ORATIO.

DEus, pro Cujus honore gloriosus Pontifex Stanislaus gladiis impiorum occubuit; præsta quæsumus, ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes & per Horas. *Antiph* Sancti tui Domine. *de comm: Capit.* Omnis Pontifex. ℟. *br.* Sancti & justi *Hymn.* Martyr Dei.

Ad Benedictus Antiphona.

Martyr Dei Stanislaus gloriosus Pontifex, quem occidit Boleslaus truculentus princeps: Pastor bonus & Patronus, adsit nobis opifex, & virtutum artifex, alleluja. *Oratio.* Deus, pro Cujus &c.

Ad Tertiam Capitulum.

Omnis Pontifex ℣. SS. & justi &c.

Ad Sextam Capitulum.

QUi condolere possit iis, qui ignorant & errant; quoniam & ipse cir-

circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ità etiam & pro semetipso offerre pro peccatis, ℟. Lux perpetua.

Ad Nonam Capitulum.

TAlis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. ℣. Lætitia sempiterna.

Ad Vesperas Antiphona. Sancti tui Domine. Psal *ut in secundis Vesp. de communi. Capitulum.* Omnis Pontifex &c. ℟. *br.* Lux perpetua lucebit. *Hymnus.* Gaude mater Polo. ℣. Pretiosa.

Ad Magnificat Antiphona. Vir inclyte Stanislae, vita signis, passione. plebem tuam pastor bone, fove benedictione guberna protectione, salva sancta intercesione, Alleluja *Commemor: S. Gregorii* O Doctor optime. ℣. Amavit. *Oratio.* Deus qui populo.

DIE VI. JUNII.

IN FESTO

Sanctissimi Cordis Domini Nostri

JESU CHRISTI

Officiũ Recitandum Fer: VI. Post Octavam Corporis Christi Sub Ritu Duplicis Majoris.

Juxta Ritum Monasticum.

AD VESPERAS

Antiph: Discite à me, *cum reliquis ut infra ad Laudes.*

Psalmi Dixit Dominus, Confitebor. Credidi. Beati omnes *ut in primis Vesperis Corporis Christi.*

Capitulum *Isaiæ* 12

ECce Deus Salvator meus fiducialiter agã & non timebo, quia fortitudo mea, & laus mea, Dominus. & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. ℟. Deo gratias.

℟. *Breve.* Posuit * fines tuos pacem. Posuit.

℣. Et adipe frumenti satiat te. Fines tuos. Gloria Patri. Posuit.

HYMNUS

AUctor beate sæculi,
Christe Redemptor omnium
Lumen Patris de lumine,
Deusq; verus de Deo.
Amor côêgit te tuu
Mortale corpus sumere;
Ut novus Adam redderes
Quod vetus ille abstulerat.
Ille amor almus artifex,
Terræ, marisq; & syderum,
Errata Patrum miserans
Et nostra rumpens vincula.
Non corde discedat tuo
Vis illa Amoris inclyti:
Hoc fonte gentes hauriant
Remissionis gratiam.
Percussum ad hoc est lancea,
Passumq; ad hoc est vulnera.
Ut nos lavaret sordibus
Unda fluente & sangvine
Decus Parenti, & Filio,
Sanctoque sit Spiritui.
Quibus potestas, gloria,
Regnumq; in omne est sæculum Amen.

℣. Ignem veni mittere in terram.
℟. Et quid volo? nisi ut accendatur.

Ad Magnificat.

Antiph: Improperium expectavit cor meum, & miseriam; & sustinui, qui simul contristaretur & non fuit & qui consolaretur. & non inveni.

ORATIO.

COncede quæsumus, Omnipotens Deus ut qui in Sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriantes ejus beneficia recolimus: eorum pariter & actu delectemur & fructu. Per eundem Dominum nostrum.

Hymni Horarũ concluduntur Gloria tibi Domine, qui natus es &c.

Ad MATUTINUM

Invitat. Christum pro nobis passum ✻ Venite adoremus.

HYMNUS.

EN ut superba criminũ
Et sæva nostrorum cohors

Cor

Cor ſauciavit innocens,
Merentis haud tale Dei.
Vibrantis haſtâ militis,
Peccata noſtra dirigunt;
Ferrumque diræ cuſpidis
Mortale crimen acuit.
Ex Corde ſciſso Eccleſia
Chriſto jugata naſcitur;
Hoc oſtium Arcæ in latere eſt
Gentis ad ſalutem poſitũ.
Ex hoc perennis gratia,
Ceu ſeptiformis fluvius:
Stolas ut illic ſordidas
Lavemus Agni in ſangvine.
Turpe eſt redire ad crimina,
Quæ Cor beatum lacerent.
Sed æmulemur cordibus
Flammas amoris indices
Hoc, Chriſte nobis, hoc Pater;
Hoc ſancte dona Spiritus!
Quibus poteſtas gloria,
Regnumq; in omne eſt ſæculum. Amen.

Ad Laudes & per Horas

Ant: Diſcite à me. quia mitis ſum, & humilis Corde. *Pſal.* Dominus regnavit. *cũ reliq; de Dom:*

Ant: Sanctivificavi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternũ, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

Ant Et dixi: Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum. & lavi inter innocentes manus meas, & ſui flagellatus tota die.

Ant: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Ant: Pone me ùt ſignaculum ſuper Cor tuum, ùt ſignaculum ſuper brachium tuum.

Capitulũ *Iſaiæ* 12.

Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agã & non timebo, quia fortitudo mea, & laus mea Dominus; & factus eſt mihi in ſalutem. Haurietis áquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

℟. *breve* Dirupiſti Domine * vincula mea. Dirupiſti,

℣. Tibi Sacrificabo hoſti-

hostiam laudis. Vincula mea. Gloria Patri. Dirupisti Domine.

HYMNUS.

COr, Arca legem continens
Non Servitutis veteris;
Sed gratiæ, sed veniæ,
Sed & Misericordiæ,
Cor Sanctuarium novi
Intemeratum Fæderis.
Templum vetusto Sanctius,
Velumque scissum utilius;
Te vulneratum charitas
JESU patenti voluit;
Amoris invisibilis,
Ut veneremur vulnera,
Hoc sub amoris invisibilis,
Passus cruenta, & Mystica,
Utrumque Sacrificium
Christus Sacerdos obtulit.
Quis non amantem redamet?
Quis non redemptus diligat?
Et Corde in isto seligat;
Æterna tabernacula.
Decus Parenti & Filio
Sanctoque sit Spiritui,
Quibus potestas, gloria.
Regnumque in omne est sæculum. Amen.

℣. Verè langvores nostros ipse tulit.

℟. Et dolores nostros ipse portavit.

Ad Benedictus.

Ant. Vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est, propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.

Oratio ut supra.

Ad PRIMAM.

Ant: Discite à me. *Lectio brev. ut infr: ad Nonam.*

Ad TERTIAM.

Ant. Sanctificavi. *Capitulum ut in Vesp. 1.*

℣. Posuit fines tuos pacem.

℟. Et adipe frumenti Satiat te.

Ad Sextam. *Ant.* Et dixi.

Capitulũ *Isaiæ* 12.

DIcetis in illa die: Confitemini Domino & invocate nomen ejus; mementote quoniam excelsum

sum est nomen ejus.

℣. Dirupisti Domine vincula mea.

℟. Tibi sacrificabo hostiam laudis.

Ad Nonam. *Ant.* Pone me.

CAntate Domino, quoniam mirificè fecit, annuntiate hoc in Universa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

℣. Erit Dominus nominatus in signum æternum.

℟. Quod non auferetur.

In secundis Vesp. Omnia ut in 1mis præter sequentia.

℣. Haurietis aquas in gaudio.

℟ De fontibus Salvatoris.

Ad Magnificat.

Ant. Ad Jesum autem cum venissent; ut viderunt eum mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit Sangvis, & aqua.

DIE XIII. JULII,
In Festo Sanctæ Margarethæ Virginis & Martyris. *Duplex.*

Omnia de communi Virginũ.

Oratio. Indulgentiam.

DIE XV. JULII.
In Festo Divisionis Sanctorũ APOSTOLORUM. *Duplex.*

Omnia de communi Apostolorum præter quæ hic assignantur.

Ad Vesperas Antiphona.

Hoc est præceptum. *cum reliquis de Laud. Psalm: de Dom: Capitulum.*

Fratres, jam non estis hospites. ℟. *br,* Constitues eos. *Hymnus.* Exultet.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Antiphona.

Euntes in mundum universum prædicate Euangelium omni creaturæ, alleluja: qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, alleluja: qui autem non crediderit, condemnabitur. alleluja.

ORATIO.

Deus, qui Ecclesiam tuam distributam per orbem terrarum sanctorū Apostolorum prædicatione fundasti: concede propitius: ût quorum hodierna die sub una celebritate recolimus insignia, eorum in cunctis necessitatibus nostris experiamur suffragia. Per Dominum nostrum.

Convocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent.

In secundis Vesp. ad Mag: Antiphona.

Egressi duodecim Apostoli, circuibant per castella, evangelizantes & prædicantes ubique.

Et fit commem: sequentis.

DIE XVI. JULII.
In Festo SS. ANDREÆ ac BENEDICTI Martyrum. *Duplex.*

ORATIO

Deus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum Andreæ & Benedicti natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

DIE XVIII. JULII.
In Festo S. SIMONIS de Lipnica Conf: *Duplex.*

ORATIO.

Concede quæsumus Omnipotens & misericors Deus, ut Beati Simonis Confessoris præclara merita nobis proficiant & tua gratia quā precamur nos dignos efficiant, in qua firmati tuæ gloriæ simus annumerati. Per Dominum nostrum &c.

DIE XVIII. JULII.
In Festo S. CAMILLI De Lellis Confessoris. *Semiduplex.*

ORATIO.

Deus, qui Sanctum Camillum, ad Animarū iu

in extremo agone luctantium subsidium singulari charitatis prærogativa decorasti; ejus quæsumus meritis Spiritum nobis Tuæ dilectionis infunde, ut in hora exitus nostri hostem vincere; & ad Cœlestem mereamur Coronam pervenire. Per Dominum &c, ejusdem Spiritus Sancti Deus &c *In Hymno 3. ℣. mutatur.*

DIE XX. JULII.
In Festo S. CESLAI Confessoris non Pontif: *Duplex*

ORATIO.

DEus, qui B. Ceslaum Virginineo morum candore præditum & salutis animarum zelo succensum, in diversis Nationum, populis operum sanctitate, & Fidei propagatione mirabilem effecisti, præsta quæsumus, ut ejus intercessione simus semper in fide stabiles, & ad Te, qui solus es æternæ salutis Auctor ac Largitor, Misericordiæ tuæ munere pervenire valeamus. Per Dominum nostrum &c.

Dominica proxima post diem 24. Julii S. CUNEGUNDIS I. Clasis sine Octava.

ORATIO.

DEus, qui B. Cunegundem dulcedinis tuæ benedictionibus Prævenisti, ac Virginem etiam in Conjugio conservasti, præsta quæsumus ut ipsa intercedente per vitæ puritatē Tibi jugiter adhærere, & per ejus vestigia gradientes ad te pervenire feliciter mereamur. Per Dominum Nostrum.

Dominica proxima post Octavam SS. Petri & Pauli. S. JOANNIS de Dukla Confessoris non Pontif. *Omnia de Com: præter ea quæ sequuntur.*

ORATIO.

DEus, qui Beatum Joannem Confessorem tuum

tuum, eximiæ humilitatis & patientiæ donis decorasti: concede propitius, ut ejusdem imitantes exempla consequamur & præmia. Per Dominũ nostrum. &c.

DIE XVI. AUGUSTI.

In Festo Sancti ROCHI Confessoris *Duplex.*

ORATIO.

DEus, qui es gloriosus in gloria Sanctorum, qui cunctis ad eorum patrocinia confugientibus suæ petitionis salutarem præstas effectum, concede plebi tuæ ut intercedente B. Rocho Confessore tuo, quæ in ejus commemoratione se devotam exhibet, à langvore epidemiæ, quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est, sit libera. & tuo Nomini semper sit devota. Per Dominum &c

OFFICIUM

PROPRIUM.

In Festo S. JOACHIM Genitoris B. MARIÆ Virginis, Protectoris Regni Poloniæ & M..D. L.

Dominica 2da post Octavam Assumptionis B. M. Virginis à S. R. C. revisum, approbatum. & ad Ritum Monasticum redactum.

Ad VESPERAS.

Antiph: Laudemus Virum gloriosum. *cum reliquis de Laudibus. Psalm.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.*

Capitulum *Eccl.* 44

LAudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros in generatione sua, Multam gloriam fecit Dominus magnificentia suâ à sæculo.

℟. *br.* Factum est illi * Testamentum æternum. Factum.

℣. Et Semini ejus, sicut dies Cæli. Testamentum. Gloria Patri. Factum

HYMNUS.

Ad Vesp. & Matutinum.

TE cuncti JOACHIM Christianæ canant.

Te dignum celebrent Virginis inclytæ
Patrem, munere quo nil speciosius,
Nil præstantibꝰobtines
ANNAM nactꝰ eras connubio parem,
Quæ tecũ meruit gignere Filiam
Nulli consimilem: Mater enim fuit.
Et Nutrix hominis Dei
Ritu præcipuo Te JOACHIM colit,
Summi Regis Avum tota Polonia.
Fac ut tuta bonis floreat omnibus
Sub Patrocinio Tui.
Semper Laus resonet summa Deo Patri,
Æternum maneat Gloria Filio,
Sancto Spiritui sit sine termino,
Qui debetur honos Amen.

℣. Potens in terra erit Semen Ejus.

℟. Generatio rectorum benedicetur.

Ad Magnificat Antiphona.

LAudemus Virum gloriosum in generatione sua, quia benedictionẽ omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput ejus.

ORATIO,

DEus, qui præ omnibus Sanctis Tuis B. Joachim Genitricis Filii tui Patrem esse voluisti, concede quæsumus; ut cujus Festa veneramur, ejus quoq; perpetuò patrocinia sentiamus, Per eundem Dominum.

Deinde fit commem: Domin: occur.

Ad LAUDES & per HORAS.

Ant. Laudemus Virum gloriosum in generatione sua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus. *Psalm.* Dominus regnavit. *cum reliquis ut in Dominica.*

Ant: Potens in terra erit

rit semen ejus, generatio rectorum benedicetur.

Ant. Magnus Pater multitudinis gentium, quasi terræ cumulus crevit à mari usque ad mare.

Ant: Dedit illi Dominus gloriam, & exaltavit Semen ejus usq; ad termi nos terræ

Ant: Factum est illi testamentum æternum, & semini ejus sicut dies Cæli.

Capitulum. Laudemus viros, *ut in 1. Vesper.*

℟. *brev.* Benedictionem omnium gentium.* Dedit illi Dominus. Benedict: ℣. Et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Dedit illi. Gloria Patri. Benedictionem.

HYMNUS
Ad LAUDES.

AD Tuas laudes JOACHIM Beate,
Jungimus nostræ pietatis Hymnum,
Tu piis dona, petimus benignam
Vocibus aurem.

Prolis optatæ mora tædiosa
Gaudium quodvis Tibi subtrahebat
Ac diu, fecit doluisse, Patrem
Sera Propago:

In Deo tandem quia spē locasti,
Dulce de Cælo recipis levamen,
Dum senex Consors sterilisq; gignit
ANNA MARIAM.

Stirpe Majorum sat in Orbe clarum
Reddidit virtus magis eminentem
Quippe Te Christo fieri propinquum
Hàc meruisti.

O! nimis felix Genitor MARIÆ,
Fer Tuis promptum famulis juvamen,
Esto Protector Populo fideli
Te veneranti.

Sit Deo Patri, Genitæq; Proli
Laus, honor. sit par Tibi cultus, Alme
Spiritus; Sacræ Triadi perennet
Gloria summa.

℣. Ju-

℣. Justus germinabit sicut lilium.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Antiph:

DEdit illi Dominus gloriam, & exaltavit semen ejus usque ad terminos terræ; Non recedet laus ejus ex ore hominũ. qui memores fuerunt virtutis Dei. Alleluja.

Oratio ut supra in Vesp: Deinde fit comm: Dom: occurren.

Ad TERTIAM:

Antiph: Potens in terra.

Capitulum. Laudemus Viros &c.

℣. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus.

℟. Et testamentũ suũ, confirmavit super caput ejus.

Ad SEXTAM.

Antiph: Magnus Pater.

Capitulum *Eccl.* 44.

IN generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus, qui de illis nati sunt, reliquerunt Nomen narrandi laudes eorum.

℣. Factum est illi testamentum æternum.

℟. Et semini ejus sicut dies Cæli.

Ad NONAM.

Antiph: Factum est illi.

Capitulum *Eccl.* 44.

CUm Semine eorum permanent bona, Hæreditas Sancta Nepotes eorum & in testamentis stetit semen eorum.

℣. Justus germinabit sicut lilium

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

In II. Vesp omnia ut in primis *præter Antiph:*

Ad MAGNIFICAT.

DIlatavit gloriam populo suo, & directa est salus in manu ejus: lætificavit Jacob in operibus suis, & in sæculum memoria ejus in benedictione.

Commemor: Dom: occur:

DIE XXVII AUGUSTI

In Festo S. JOSEPHI Calasanctii Confessoris.

Duplex.

Omnia

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, In Hymno Iste Confessor, *mutatur tertius Versus.*

ORATIO.

DEus, qui per Sanctum Josephum Confessorem tuum, ad erudiendam spiritu intelligentiæ ac pietatis juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es: præsta quæsumus, nos ejus exemplo & intercessione ita facere & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum

DIE I. SEPTEMBRIS. In Festo S. LADISLAI de Gielniow Confessoris non Pontif: P. R. P. in hymno mutatur 3. ℣.

ORATIO.

DEus, qui B. Ladislaum religiosa perfectione voluisti omnibus prælucere, concede propitius, ut ejus exemplo in virtutibus jugiter proficiamus Per Dominum &c.

DIE XII. SEPTEMBRIS In Festo S. JOANNÆ FRANCISCÆ Fremiot à Chantal.

Ordinis Sanctimonialium Visitationis Sanctæ MARIÆ Fundatricis.

ORATIO.

OMnipotens: & misericors Deus, qui Beatam Joannam Franciscam tuo amore succensam, admirabili Spiritus fortitudine per omnes vitæ semitas via perfectionis donasti; quippe per illam illustrare Ecclesiam tuam nova prole voluisti: ejus meritis, & precibus concede; ut qui infirmitatis nostræ conscii de tua virtute confidimus cœlestis gratiæ auxilio, cuncta nobis adversantia vincamus. Per Dominum &c.

Die XVIII. Septembris. In Festo S. JOSEPHI à Cupertino Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis. præter

terea, quæ sequuntur. In utrisq Vesperis & Laudib9

℣. Ora pro nobis S. Joseph.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In primis Vesperis ad Magnificat.

Antiphona. Mortuus sum, & via mea est abscondita cum Christo in DEO.

ORATIO.

DEus ad Unigenitum Filium tuum exaltatum à terra, omnia trahere disposuisti: perfice propitius; ut meritis & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati, adeum pervenire mereamur. Qui tecum vivit & regnat, &c.

Ad Benedictus, Antiphona. Ostendit mihi (Dominus) fluvium aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & Agni.

In secundis Vesperis Ad Magnificat.

Antiph: Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei.

Die XXVI. Septembris. In Festo S. JOSAPHAT Episcopi & Martyr. *Omnia de Communi Martyri.*

ORATIO.

OMnipotens Sempiterne Deus, qui Beatum Josaphat palmâ martyrii condecorando, Ecclesiæ Catholicæ novum apud Te intercessorem providisti, quæsumus, ut ejus meritis & auxilio à malis omnibus liberati, tuo nomini studiosiùs serviamus. Per Dominum nostrum &c.

Die XXVI. Septembris In Festo S. MARIÆ de Cervellione Virg. *Duplex*

ORATIO.

DEus, qui nos conspicis in tot periculis constitutos pro nostra fragilitate non posse subsistere: concede propitius; ut intercedente Beata Maria famula tua de præsen-

ſentis vitæ fluctibus educti, ad æternæ ſalutis portum pervenire valeamus. Per Dominum &c:

Die XXVII. Septembris. Translatio S. STANISLAI *Duplex. Omnia ut in ipſa die feſto S. STANISLAI in* Majo. *Omiſſo Alleluja.*

Die XXVIII. Septembris In Feſto S. VENCESLAI Martyris *Duplex.* *Omnia dicuntur prout in Translatione ejusdem In* die 5. Martii.

DIE X. OCTOBRIS.

Officium Gratiarum actionis pro Victoria ex Turcis.

AnnoMDCXX. I.eodem die obtenta. Duplex.

Ad Veſperas Antiphona. Canternus Domino *cum reliquis de Laudibus. Pſal.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.*

Capitulum 2. *Cor.* 1.

BEnedictus Deus & Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & DEUS totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.

℟. *br.* Adorabant Sancti * Viventem in ſæcula. Adorabant.

℣. Et mittebant coronas ſuas ante Thronum Dei. Viventem. Gloria Patri, Adorabant.

HYMNUS.

SUperne Regum Rex bone,
Fons pacis & victoriæ,
Deus Pater ſperantium,
Ultor ſuperbientium.

Ad juſsa cujus turgidæ
Maris procellæ ſubſident,
Iras Leones exuunt,
Sol ſtat ſtupens, nec ſe movens.

Quo fulgurante deſuper
Gentes feroces expavent,
Hoſtes tremunt, mali fremunt,
Boni triumphant gaudio.

Tu barbaros Oſmanicos
Apros fugas è vinea,
Poloniæ Regnum Tuæ,
A clade dira vindicans.

Ergo Tuo Celſiſſimo,

 Sit

Sit nomini Laus, gloria,
Qui trinus ac unus Deus,
Per sæcla vivis omnia.
Amen.

℣. Sancti per Fidem fortes facti sunt in bello.

℟. Castra verterunt exterorum.

Ad Magnificat Antiphona.

Benedictus Dominus DEUS noster, qui docet manus nostras ad prælium, & digittos nostros ad bellum.

ORATIO.

DEUS, qui in summis Regni nostri periculis antiqua brachii tui miracula renovasti; suscipe gratiarum actiones exultantium populorum: & quibus tanti gaudii causam præstitisti, perpetuæ fructum concede lætitiæ. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes & per Horas Antiphona.

CAntemus Domino, gloriosè enim magnificat9 est, equũ & adscensorem dejecit in mare. *Psalm:* Dominus regnavit. *cum reliquis de Dom. Ant.* Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua percussit inimicum. *Antiph.* Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. *Antiph* Justi decantaverunt Domine Nomen Sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter. *Antiph:* Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo.

Capitulum.

BEnedictus DEUS, & Pater Domini nostri JESU Christi, Pater misericordiarum, & DEUS totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟. br. Justi decantaverunt Domine. * Nomen sanctum tuum. Justi. ℣. Et victricem manum tuam laudaverunt pariter. Nomen. Gloria Patri. Justi.

HY-

HYMNUS.

REX magne, Rex Altissime,
Virtûtis è Throno Tuæ,
Æternitatem partiens,
Et Regna mundi transferens.
Quam sunt inaccessæ Tui,
Profunditates consilii!
Ut est procul Cælum solo,
Arcana sic procul tua.
Thrax en furoris ferrea.
Qui virga Divini fuit,
Nunc ipse pœnas acriter,
Jussu tuo demens luit.
Sic corda, quando cæteris,
Cædem superbe detonant,
Cæduntur, & casu suo
Dei timorem prædicant.
Patri DEO sit gloria,
Ejusquè Soli Filio,
Cum Spiritu, qui perpeti
Mundum regit custodia,
Amen.

℣. Non est similis tui in Diis Domine.
℟. Et non est secundùm opera tua.

Ad Benedictus Antiphona.
Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

ORATIO.

DEUS, qui in summis Regni nostri periculis antiqua brachii tui miracula renovasti, suscipe gratiarum actiones exultantium populorum & quibus tanti gaudii causam præstitisti, perpetuæ fructum concede lætitiæ. Per Dominum nostrum.

Ad Tertiam: Ant: Dextera tua. *Capitulum* Benedictus Deus &c. *ut supra in Laud:*

℣. Justi decantaverunt Domine Nomen Sanctum Tuum,
℟. Et victricem manum tuam laudaverunt pariter.

Ad Sextam: Ant: Arcus fortium.

Capitulum.

O Quam bonus & svavis est Domine Spiritus in

us in omnibus! Ideoq; eos qui exerrant, partibus corripis; & de quibus peccant, admones, & alloqueris; ut relicta malitia, credant in te Domine.

℣. Adorabant Sancti viventem in sæcula.

℟. Et mittebant coronas suas ante Thronum Dei.

Ad Nonam. Ant. Ego autem.

Capitulum.

TU autem dominator virtutis cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia dispo-nis nos: subest enim tibi cum volueris posse.

℣. Dignus es Domine Deus noster.

℟. Accipere gloriam, honorem & virtutem.

In secundis Vesperis omnia ut in Primis, excepta Antiphona ad Magnificat.

Domine Rex Omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ, si decreveris salvare Israel.

DIE XV. OCTOBRIS.

In Festo S. HEDVIGIS Viduæ. *Duplex.*

Ad Vesperas Antiphona. Dum esset Rex, *cum reliqu: ut in communi nec Virg. nec Mart.*

ORATIO.

DEUS gratiæ dator & gloriæ, tuæ nobis propitius sinum aperi, & præsta, ut qui manentem civitatem hic non habemus, ad futuram, quam quærimus, B. HEDVIGIS interveniente suffragio perducamur. Per Dominum.

Deinde sit comm. S. Calisti Papæ & M.

Antiph: Qui vult venire. ℣. Justus ut palma. *de com. unius Mart. Oratio.* DEUS, qui nos conspicis.

Dominica II. Octobris.

Beati VINCENTII Kadłubek Episcopi Confess. 2plx. Majus.

Omnia

Omnia de Com: Conf: Pontif: præter ea quæ sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Vincentium Confessorem tuum, atq; Pontificem spretis fæculi pompis humelitatis gloria decorâsti, præsta quæsum9, ut tanta virtutis proficientes exemplo, ejus meritis glotiæ consortes efficiamur. Per Dominum.

DIE XX. OCTOBRIS.

Translatio S. ADALBERTI *Duplex.*

Omnia de communi unius Martyris, Antiphonæ ad Magnificat & Benedictus propriæ sine alleluja.

DIE XXI. OCTOBRIS.

In Festo S. URSULÆ, & Sociarum ejus. *Duplex.*

Omnia de communi Virginum. præter ea quæ sequuntur. In Vesp. & Laudibus Antiph.

Prudentes Virgines aptate vestras lampades: ecce Sponsus venit exite obviam ei.

℣. Adducentur Regi Virgines post eam.

℟. Proximæ ejus afferentur tibi.

ORATIO.

DA nobis quæsumus Domine DEUS noster, Sanctarum Virginũ Martyrum tuarum URSULÆ & Sociarum ejus, palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Hymnus Ad Vesperas.

VIrginis Proles Opifexque Matris,
Virgo quem gessit, peperitq; Virgo.
Virginis partos canimus decora
Morte triumphos.
Hæc enim palmæ duplicis beata,
Sorte, dum gestit fragilem domare·
Corporis sexum, domuit cruentum
Cæde tyrannum.
Unde nec mortem, nec amica mortis,

Mille

Mille pænarum genera expavescens,
Sangvine effuso meruit serenum,
Scandere cælum.
Hujus oratu DEUS alme nobis.
Debitas pænas scelerum remitte,
Ut tibi puro resonemus almum
Pectore carmen.
Sit decus Patri, genitæq; Proli,
Et tibi compar utriusq; virtus
Spiritus semper DEUS unus omni.
Temporis ævo Añ.

DIE XXV. OCTOBRIS.
S. JOANNIS à Capistrano Conf:
Ad Magnificat & Benedictũ
Ant: O Zelator Fidei! persecutor Hæreticorum, lumen virtutum, exterminator Turcarum, Prædicator egregie, Doctor populorum, JOANNES fidelissime Ordinis Minorum, esto nobis subsidium è regno Beatorum.

ORATIO.

DEUS, qui Ecclesiam Tuam B. JOANNIS à Capistrano meritis & doctrinis mirabiliter sublimasti, & per eum de perfidis Tyrannis in virtute SSmi Nominis JESU fideles tuos triumphare fecisti, præsta quæsumus, ut de inimicis nostris ejus intercessione prævalentes in terris cũ ipso, præmiari mereamur in Cælis. Per Dominum nostrum &c.

Dominica IV. Octobris. In Festo S. JOANNIS CANTII Conf: non Pontif; *Duplex* 1mæ Cl. sine Octava.
Omnia de Communi præter ea, quæ hic habentur.

HYMNI
Ad I. Vesperas:

GEntis Polonæ gloria,
Clerique Splendor nobilis,
Decus Lycæi, & Patriæ
Pater JOANNES inclyte.
Legẽ superni Numinis
Doces Magister, & facis.
Nil scire prodest: sedulò
Legem nitamur exequi.
Apostolorum limina
Pe-

Pedes viator visitas;
Ad Patriã, quam tendimus
Gressus, viamque dirige.
Urbem petis Jerusalẽ,
Signata Sacro Sanguine
CHRISTI colis vestigia
Rigasq; fusis fletibûs.
Acerba Christi vulnera
Hærete nostris cordibus!
Ut cogitemus consequi
Redemptionis pretium.
Te prona Mundi machina
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novum canamus canticũ.

ORATIO.

DA quæsumus Omnipotens & misericors DEUS: ut Beati JOANNIS Confessoris tui exemplo, in scientia Sanctorum proficientes atq; aliis misericordiam exhibentes, meritis ejus apud Te indulgentiam consequamur. Per Dominũ &c.

Deinde fit Com: Dominicæ curr: Ad Matutinum.

COrpus domas jejuniis,
Cædis cruento verbere;
Ut castra pœnitentium
Miles sequaris innocens.
Sequamur & nos sedulò
Gressus Parentis optimi;
Sequamur; ut licentiam
Carnis refrænet spiritus.
Rigente brumma providum
Præbes amictum pauperi
Sitim, famemque egentiũ
Esca, potuque sublevas.
Amor petentis populi
Gelu resolvat pectorum;
Plorant egeni! provocent
Stipem gementûm lacrymæ.
O! qui negasti nemini
Opem roganti, patrium
Regnum tuere; postulant
Cives Poloni, & exteri.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique Sancte Spiritus,
Preces Joannis impetrent
Beata nobis gaudia.

ORATIO.

DA quæsumus Omnipotens Deus, ut Sancti JOANNIS Confessoris exemplô, in scientia SS. proficientes, atque aliis misericordiã exhibentes ejus meritis indulgentiam apud Te consequamur. Per Dominũ nostrũ.

Ad Laudes Hymnus, ut in I. Vesper. Ad II. Vesperas

TE deprecante, corporum
Lues recedit, improbi
Morbi fugantur, pristina
Redeunt salutis munera.
Phtisi febrique, & ulcere
Diram redactos ad necē,
Sacratas morti victimas
Ejus rapis è faucibus.
Te deprecante, tumido
Merces abactæ flumine,
Tractæ Dei potentia
Sursū fluunt retrogradæ.
Quum tanta possis sedibus
Cœli locatus! poscimus,
Responde votis supplicū
Et invocatus subveni.
O una semper Trinitas
O trina semper Unitas!
Da supplicante CANTIO
Æterna nobis præmia.
Amen.

In III Noct: Homilia S. GREGORII Papæ in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti *deCom:Confessor. Pontificis im. loc. 12. lectio de Dominica. Missa propria.*

DIE XII- NOVEMBRIS
In Festo SS. BENEDICTI, JOANNIS, MATTHÆI, ISAACI, atq; Christini, quinq; Fratrum Martyrum. *Duplex.*

Ad Vesperas Antiphona. Omnes Sancti. *cum reliquis de Communi plurimorum Martyrum.*

ORATIO

SAnctorum nos, quæsumus Domine Martyrum tuorum: BENEDICTI JOANNIS, MATTHÆI, ISAACI, atq; Christini gloriosa hodierna die trophea lætificent quatenus eorum interventione, ad illam perveniamus hæreditatem, in qua iidem felices Angelorum cætibus aggregati, tuæ semper Majestatis perfruentur ineffabili charitate. Per Dominum nostrum.

Die XVII. Novembris.
In Festo B. SALOMEÆ Virginis Ordinis S. Claræ. *Duplex.*

ORATIO.

DEus, qui in B. SALO-

MEA terreni Regni contemptum cum Virginitatis candore in connubio sociasti, concede nobis quæsumus; ut ejus exemplo tibi casto & humili corde servientes immarcescibilem coronam gloriæ in Cœlis consequi mereamur. Per Dominum nostrum &c.

Die XIX. Novembris. In Festo S. ELISABETH Viduæ. *Duplex.*

Omnia de Com muni nec Virginum nec Martyrum,

ORATIO.

TUorum corda fidelium Deus miserator illustra; & Beatæ Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despicere, & cœlesti semper consolatione gaudere Per Dominũ nostrũ &c.

Commemoratio S. Pontiani Papæ & Mart:

Ant: Iste Sanctus ℣. Gloria & honore. *Oratio.* Infirmitatem. *de communi unius Martyris.*

Dominica proxima post diem XIII. Novembris. S. STANISLAI Kostka Confes: *non Pontif: duplex imæ Classis sine Octava. omnia de Communi Conf: non Pontif:*

ORATIO.

DEUS qui inter cætera Sapientiæ tuæ miracula etiam in tenera ætate maturæ sanctitatis gratiam contulisti, da quæsumus; ut Beati Stanislai exemplo tempus instanter operando redimentes, in æternam ingredi requiem festinemus. Per Dominum &c.

DIE IV. DECEMBRIS. In Festo S. BARBARÆ V. M. P. R. P. *Duplex.*

Omnia de com. Virg. & Mart. præter Orationem *& Lectiones sequentes à* Benedicto XIV. *Die 7. 9bris 1748, & a S. R. C. die 18. Augusti approbatas.*

ORATIO.

INtercessio quæsumus Domine, Beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ, ab omni nos

ad

versitate protegat, ut per ejus interventum gloriosissimum SacroSancti Corporis & sangvinis Domini nostri JESU Christi Sacramentum ante diem exitûs nostri, per veram pœnitentiam, & puram confessionem percipere mereamur. Qui tecum vivit & regnat &c.

OFFICIUM S. P. N. ROMUALDI ABBATIS,

Recitandum sub Ritu Semiduplici qualibet Feria tertia non impedita festo Duplici.

Ex Indulto SS. P. D. D. N. CLEMENTIS PAPÆ X.

In primis Vesperis, Ant. Domine. quinque talenta. *ut in Communi Confessoris non Pontificis.*

Capitulũ *Eccl:* 31.

Beatus vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

℟. Deo gratias.

℟. *brve.* Os justi, * Meditabitur sapientiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquetur judicium. Meditabitur. Gloria Patri. Os justi. *Hymn* I. de Confessor: *ut in Communi Confesso ris non Pontificis.*

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eũ. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Ant. Care JESU, benigne JESU, mel meum dulce, deside-

rium

rium ineffabile, dulcedo Sanctorum, suavitas Angelorum, æstuans inenarrabili divini amoris ardore clamabat.

ORATIO.

Familiam tuam, quæsumus Domine, beati Romualdi patrocinio confidentem propitius respice: ut quem Magistrum vitæ sibi delegit in terris, eumdem apud Majestatem tuam intercessorem habere mereatur in cœlis. Per Dominũ

Inter commem. pro S. P. BENEDICTO. Ant. Sanctissime Confessor *ut in Diurno*.

Ad Laudes, Antiphona Domine, quinque talenta. *Capitulum.* Beatus vir. ℟. *breve.* Amavit *de Com: muni Conf; non Pontif:*

HYMNUS.

IESU corona celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confitenti servulo
Reddis perenne præmiũ
Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu noxii
Remissionem criminis,
Rumpendo nexũ vinculi.
Votiva lux recolitur,
Qua nos Parentis inclyti
Dignis repensa laudibus
Ad alta virtus evocet.
Hic vana terræ gaudia,
Et luculenta prædia,
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cœlestia.
Te Christe Rex piissime,
Hic confitendo jugiter
Calcavit hostem fortiter,
Superbum ac satellitem.
Virtute clarus & fide,
Confessionis ordine,
Jejuna membra deferens,
Dapes supernas obtinet
Proinde te piissime,
Precamur omnes supplices,
Ut hujus almi gratia
Nobis remittas debitas.
Gloria Patri Domino,
Gloria Unigenito.
Unà cum sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus Antiphona. Euge serve bone. *ut in Communi Confessoris non Pontificis. Oratio.*

Oratio. Familiam tuam *ut supra.*

Ad Laudes pro commem S. P. BENEDICTI, Ana. O beati viri, *ut in Diurno.*

Ad Horas omnia ut in Diurno de Communi.

In II. Vesp. omnia de Communi præter Antiphonam ad Magnificat, cujus loco dicitur sequens Inter vivos cœlestis Jerusalem lapides ineffabiliter rutilat, cum ignitis beatorũ Spirituum turmis exultat candidissima stola immortalitatis indutus, ab ipso Rege regum vibrante in perpetuum diademate coronatur.

Oratio. Familiam tuam, &c.

Commemorat. pro S. P. BENEDICTO, ut supra in primis Vesperis.

Commemorationes Sanctorum Regni Poloniæ.

PATRONORUM De SS. BENEDICTO & RUMUALDO

Ad Vesperas et Laudes Ant: Isti sunt duæ Olivæ, & duo Candelabra lucentia ante Dominum.

℣. Justi autem in perpetuum &c.

℟. Et apud Dominũ &c.

ORATIO.

FAc nos quæsumus Domine Beatorum Patrum nostrorum BENEDICTI & ROMUALDI hic imitari labores, ut eorum gloriæ participes esse mereamur in Cœlis

De S. Adalberto Ep. M.

Ant: ad Laudes: Sacerdos Dei Adalberte, Martyr & Pontifex gloriose, intercede ad Dominum pro devotis famulis.

Ant: ad Vesperas: Per merita S. ADALBERTI Christe nos exaudi, atq; ejus precibus nobis succurre miseris.

℣. Posuisti Domine &c.

℟. Coronã de lapide &c.

ORATIO.

TUam nobis indulgentiam quæsumus Domine, Beatus Adalbertus Episcopus & Martyr imploret, ut & dilecta nobis clementer ignoscas & beneficia desiderata concedas.

De S. Sanislao Ep & M.
Ant: ad Laudes. Martyr Dei Stanislaus gloriosus Pontifex, quem occidit Boleslaꝰ truculentus Princeps, Pastor bonus, & Patronus adsit nobis Opifex, & Virtutum Artifex.
Ant: ad Vesperas Vir inclyte Stanislae, vita, signis passione, plebem tuam Pastor bone. fove benedictione, guberna protectione, salva Sancta intercessione.

℣. Magna est gloria ejus, in salutari tuo.

℟. Gloriam & Magnũ decorem &c.

ORATIO.

DEUS, pro cujus honore gloriosus Pontifex Stanislaus gladiis impiorum occubuit, præsta quæsumus ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum.

In EREMO SS. 5. MM.
Ant ad Laudes, et Vesperas Gaudent in Cælis Animæ Sanctorum qui Christi vestigia sunt secuti, & quia pro Ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideô cum Christo exultant sine fine.

Vel alia Ant: si impediatur hæc.

℣. Exultate Justi in Domino.

℟. Rectos decet collaudatio.

ORATIO.

SAnctorum nos quæsumus Domine Martyrum Tuorum, BENEDICTI, JOANNIS MATHÆI, Isaaci atq; Christini, gloriosa hodierna die trophæa lætificent, quatenus eorum interventione ad illam perveniamus hæreditatem, in qua iidem felices Angelorum Cætibus agregati, Tuæ semper Majestatis pe. fruuntur ineffabili claritate.

In

In Eremis Lithaniæ.

De S. CASIMIRO Confes:

Ant: ad Laudes Euge Serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis: supra multa Te constituam intra in gaudium Domini Tui.

Ant. ad Vesperas Similabo eum Viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

℣. Justus germinabit sicut Lilium.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

ORATIO.

DEUS, qui inter regales delicias. & mundi illecebras, Sanctum CASIMIRUM virtute constantiæ roborasti: quæsumus ut ejus intercessione fideles Tui terrena despiciant, & ad Cœlestia semper aspirent.



FORMULA

Benedicendi Coronas Brigittanas ſive Roſaria

℣. Adjutorium noſtrum in Nomine Domini

℟. Qui fecit Cælum & terram.

Pſalmus XXVIII.

Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejꝰ.

Adarate Dominum in atrio ſancto ejus. Vox Domini ſuper aquas multas, Deus majeſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas mul tas.

Vox Domini in virtute, vox Dni in magnificentia Vox Domini confringentis Cedros, & confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tanquam vituli Libani, & dilectus quemadmodum filius unicormium.

Vox Domini interciden tis flammam ignis: vox Domini concutientis deſertum, & commovebit Dominus deſertum Cades.

Vox Domini præperantis cervos & revelabit condensa, & in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit, & ſedebit Dominus Rex in æternũ.

Dominus virtutem populo ſuo dabit, Dominus benedicet populo ſuo in pace.

Gloria Patri: &c. Sicut erat, &c:

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.

Pater noſter &c,

Salvos fac ſervos tuos.

Deus meus ſperantes in te. (quequo

Convertere Domine uſ-

Et deprecabilis eſto ſuper ſervos tuos.

Mitte eis Domine auxilium de Sancto,

Et de Sion tuere eos.

Domine exaudi orationem meam

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiſcum.

Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Domine Sancte Pater Omnipotens Æterne Deꝰ benedic ✠ ſanctifica, pre-

tiunculos

tiunculos istos in honorẽ Sanctissimæ Brigittæ, signaculo benedictione Sancta, sicut benedixisti Abrahã, Isaac, & Iacob, & omnes qui in illis legerint, te, atq; B. V. Mariam Dñi Nostri Jesu Xsti Matrem gloriosã salutaverint, benedictionẽ gratias, & Indulgentias mihi ab Apostolica Sede, & omnibus legentib9 concessas adipisci mereantur.

Benedictio ✠ Dei Patris Omnipotentis, & ✠ Filii, & ✠ Spiritus Sancti. descendat super hos pretiunculos, & legentes, & maneat semper. In Nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Aquâ benedictâ aspergantur.

FORMULA

Benedicendi Coronas Salvatoris Dñi Nostri Iesu Christi.

Sacerdos amictus stolâ dicat.

Adjutorium nostrum in Nomine Domini.

Qui fecit cælum, & terrã.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.

Et campi tui replebuntur ubertate.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui Redemptorem populo tuo Angelo annutiante per Unigeniti tui Filii Incarnationem misisti, eumq; triginta tribus annis, servilem formam gerendo, ac tandem in Cruce moriendo humani generis salutem operari sanxisti, per quem post modum B. Michaeli Eremitæ Camaldulensi tot memoriam annorum Illius Orationes Dominicas recitare, & Tibi beneplacitum esse innotuisti, dignare Domine has coronas, annorũ benignitatis tuæ bene✠dicere, & sanctificare✠ut Famali tui fideles, qui eas piè gestaverint, & devotè recitaverint, Indulgentias, & gratias perpetuas per Sũmos Vicarios concessas plenè consequi mereantur: Per eundẽ Dñũ Nostrũ Iesũ &c.

Deinde aquâ benedictâ aspergat.



In Festo Translationis
S. CASIMIRI
Dominica prima post Octavam Assumptionis B. M. V. sub ritu duplici, ex indulto Innocentii X. Pontif: Maximi. *Omnia dicuntur ut in ejus Festo* IV. Martij. *præter orationem.*

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Casimirum de mundi & carnis victoria triumphantem à terreno ad cæleste Regnum transtulisti; da quæsumus ut qui ejus hodie memoriam Translationis agimus, ejusdem semper in adversitatibus experiamur suffragia. Per Dominum nostrum.



ro, e conuincente (fuggiro però, e fuplantato dalla vostra

3969
19



804 160

500,

Bibliotheca
P.P. Camaldulensium in Bielany



Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej

08853

J. III. 39

ro, e conuincente (fuggito però, e supplantato dalla vo...

... ual, Barà ... queste tre ... ete essere ... additare, ... è à tre vn ... rale, barà ... così scō-

cio in conscar il plurale col singolare, ma perche volle ac-
cennare con questa forse l'vnità della Diuina Essenza, e la
pluralità delle persone, però dette Barà, e non Barèu; Elo-
him, e non Elohà, ò pure Helon: non voglio (dico) far

ro, e conuincente (fuggito però, e suplantato dalla vost
solita ostinatione. *In principio creauit Deus Cœlum*
ram, e dirui che quella parola *Barà*, cioè *creauit*
tre lettere Reth, Reph, & Aleph, poiche Reth sig
gliuolo, Aleph prima lettera con cui si nomina il P
nella lingua vostra s'appella Ab, e nella Caldaic
Reph è prima lettera con cui si principia il nome
uine Spirito, che nel vostro linguaggio direte Ra
dunq; che vuol dire creauit, parola composta di
misteriose lettere non credo, che ne meno voi di
senza significato misterioso, adunq; volle Iddio
che la creatione com'operatione ad extra conuie
solo Dio però dette Eloim barà, Eloim numero pl
singolare, ne è da credere ch'Iddio volesse parlar
cio in collocar il plurale col singolare, ma perche volle ac-
cennare con questa forse l'vnità della Diuina Essenza, e la
pluralità delle persone, però dette Barà, e non Bareù; Elo-
him, e non Eloha, ò pure Helon: non voglio (dico) far

Discorsi

del R. P. D. Berco d. M.ma

di felice memoria

J - I